



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Feria V. Die Xj. Majj 1651. In Generali Congregatione  
Sanctæ Romanæ, & Vniversalis Inquisitionis Habita In  
Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram Sanctissimo  
D. N. D. Innocentio Diuina ...**

**Tomasi, Giovanni Antonio  
Coloniae Agrippinae, 1651**

Feria V. Die Xj. Maji 1651

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73824](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73824)

Index exemplorum ROM. E. card. leon. J. papae p. Rom. Curiae ap. sed. 1621.

Index exemplorum ROM. E. card. leon. J. papae p. Rom. Curiae ap. sed. 1621.

Index exemplorum ROM. E. card. leon. J. papae p. Rom. Curiae ap. sed. 1621.

Feria V. Die Xj. Maij 1651.

IN GENERALI CONGREGATIONE SANCTÆ ROMANÆ,  
ET VNIVERSALIS INQUISITIONIS HABITA IN PALATIO APOSTOLICO MONTIS  
Quirinalis, coram Sanctissimo D.N.D. INNOCENTIO Diuina Prouidentia Papa X. ac Eminentif-  
simis, & Reuerendissimis DD.S.R.E. Cardinalibus in vniuersa Republica Christiana aduersus  
hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus, à Sancta Sede Apostolica  
specialiter deputatis.



VM ad aures Sanctissimi D.N. Innocentij Papæ X. peruenisset in lucem prodijisse libellum, cui  
titulus *Rationes ob quas Illustrissimus, ac Reuerendissimus D. Archiepiscopus Mechliniensis Belgij Primas Regiæ Catholicæ Maiestatis à  
Consilio Status &c. à promulgatione Bullæ quæ pro scribitur liber, cui titulus, Cornelij Tansenj Episcopi Iprensis, Augustinus, abstinuit ex  
mandato Regio Suae Maiestati exhibita à Gallico in Latinum translata 1649. Incipien, Iussus dicere, & finien, Et tota Ecclesia probat am, &  
receptam.*

Nec non alium libellum in scriptum, *Raison pour les quelles on n' à trouue conuenir de publier au Diocese de Gand avec les solemnitez accoustumées certaine  
Bulle contre le liure du defunct Euesque d' Ypre Sansenius.*

Representees

*Par Monseigneur le Reuerendissime Euesque de Gand au Conseil Priuè de Sa Maieste Catholique en Brusselles le 20. de Mars 1647. 1649. Incipien, Les Raison,  
& finien, Iusques à ce que Sa Sainctete ser à deuenant informee.*

Item tria Edicta, Primum, cui titulus, *Iacobus Dei, & Apostolica Sedis gratia Archiepiscopus Mechliniensis omnibus has visuris salutem, Incipien, Notum  
facimus quod cum circa publicationem Bullæ Urbani VIII sel. record. & finien, Datum Bruxella die 29. Martij 1651. A.M.V.*

Secundum, cui titulus *Antonius Triest Dei, & Apostolica Sedis gratia Episcopus Gandauen. &c. Omnibus Christi nostra Diæcesis fidelibus salutem in Domi-  
no, &c. Incipien, Noueritis, quod Clementissimus Noster Rex &c. & finien, Cur auimus prædictam Bullam de verbo ad verbum, vt supra diximus de nouo  
imprimi, & huic nostra ordinationi inscri 26. Martij 1651. Et inferius, De mandato Illustrissimi, ac Reuerendissimi D. Episcopi prædicti sub signat. P  
Simon Secree.*

In quibus Libellis, & Edictis multa contineri Authoritati Sanctæ Sedis Apostolicæ præiudicialia, Sanctita-  
tas Sua prædictos Libellos, & Edicta in præfata Sacra Congregatione examinari mandauit. In qua ma-  
turè, ac diligentèr in eis contentis consideratis, & perpenfis, auditisque super præmissis Votis eorundem  
DD. Cardinalium, Sanctitas Sua tam Libellos, quam Edicta prædicta prohiben censuit, prout præsentè  
Decreto damnat, & prohibet, & pro damnatis, ac prohibitis haberi vult, & mandat. Ac nisi eorum Au-  
thores quamprimùm sese expurgauerint, censuris, ac pœnis Ecclesiasticis intelligant se omninò coer-  
cendos. Iubet autem quod Nullus deinceps cuiuscunque gradus, & conditionis existat sub pœnis in Sa-  
cro Concilio Tridentino, & Indice librorum prohibitorum contentis, aliisque arbitrio Sanctitatis Suae  
infigendis, supradictos Libellos, & Edicta audeat quocumque Idiome imprimere, vel imprimi cura-  
re, legere, vel apud se retinere, &c. Non obstantibus quibuscumque contrariis.

*Ioannes Antonius Thomasius Sanctæ Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Not.*

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, Indictione 4. die vero 17. mensis Maij, Pontificatus Sanctiss. in Christo  
Patris & D. N. D. Innocentij diuina prouidentia Papæ X. Anno eius septimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicarum S.  
Ioannis Lateran. & S. Petri de Vrbe, nec non ad valuas Palatij Sacre Inquisitionis, & Cancellariæ Apost. ac in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Hierony-  
mum Mascellam eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctiss. Inquisitionis Cursorem.

COLONIÆ AGRIPPINÆ apud VVilhelmum Friessem,  
iuxta exemplar ROMÆ excusum in Typographia Reu. Camera Apostolica. 1651.



VM ad hunc sanctissimi D.N. Innocentii Papae X. benedicti in hunc proclivem libellum. cui

praescripti debentur.

hanc eam primariam Generis hunc Indignioribus, a sancta Sede Apostolica

quibus de hunc sanctissimi D.N. Innocentii Papae X. benedicti in hunc proclivem libellum.

Generis hunc sanctissimi D.N. Innocentii Papae X. benedicti in hunc proclivem libellum.

HA UNIVERSALIS INQUIRITIONIS MARITA IN PRATTO APOSTOLICO MONASTRI

IN CENERVII CONGRUENTIA PORE SMOLEB ROMANE.

1744. N. D. 17. X. 17. 17. 17.

Boko

1744

1744

1744